

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

Jahr: 1750

Kollektion: Zoologica

Werk Id: PPN369547365

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369547365> | LOG_0233

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

*Accarbarium rubrum. Accarbaar mera.**Het roode Accarbaar.*

Quarta classis magis spuria quam vera videtur esse species Corallii, ac forte meliore jure posset referri ad *Alcyonii* species. Ob ejus vero formam & communem usum ad *Accarbarii* species eam retuli. Est autem quam irregularissima & ignobilissima, unde & iuste pro Corallio spurio habetur.

Crassum erigit truncum, tres digitos vel brachium crassum, vulgo autem hic binos modo digitos crassus est, qui sese dividit in binos tresve primarios ramos, quatuor & quinque pedes altos, plerumque sanguinei coloris, instar saxi durus sed facile frangens, foraminulis copiosissimis refertus, ac si a vermibus exesus esset, ac porro rugosus & per excrescentias asper.

Interstitia majorum ramorum dense pertexta sunt tenuissimis & fragilissimis ramulis retiformibus, seu instar rete sibi mutuo nexis, externe flavis, & verruculis seu stellulis copiosis refertis, interne rubris, tamque fragilibus, ut vix tangi vel tractari possint sine fractura.

Tota arbuscula plerumque etiam plana est, & instar flabelli extensa, ad latera autem quasdam gerit adpendices. Si hujus arbusculæ partes essent firmæ & solidæ, ob vivum suum rubrumque colorem inter optimas res curiosas optima haberi posset, sed nunc spreta est, quum sensim rami subtilissimi decidunt, relinquens solummodo nudos, rugosos, spinulososque primarios ramos, quorum crassissimi servantur in usum Medicum.

Sique exponatur pluviis & soli, ita ut rite maceretur & indurescat, primo tamen pluvioso tempore rehumescit, unde tenuissimi putrescunt rami, & adjacentia perduntur, crassique rami, si nimis diu pluviis exponantur, sensim cinereum & ingratum contrahunt colorem.

Hujus & alia reperitur species in boreali Ceramæ plaga, ex rubro flavescens colore instar Coralliorum citrinorum, satis dura, solida, & foraminulis fere destituta, quæque pro Corallio flavo haberetur, sed raro reperitur & carissima est. Peculiariter vocatur *Accarbaar djinka*, h. e. *Accarbarium* exaurantio-rubrum, quodque multo tutius interne adhiberi potest, quam vulgare verrucosum seu porosum.

Tertia porro varietas est *Accarbarii rubri*, priori fere similis, excepto quod primarii rami in articulos distincti sint, externe ex rubro flavescens & arenoso cortice obducti, interne articuli juncti sunt uti in albo *Accarbario*, eodemque striati modo, sed durioris & magis lapideæ substantiæ priore, coloris albicantis & interne fungosi. Ejus truncus solidior est, & albicans, intermixto rubro colore.

Nomen. Latine *Accarbarium rubrum*, & *Pseudo-Corallium rubrum fistulosum*; Malaice *Accarbaar mera*, & *Carang mera*; Amboinice *Hatuëhu cau*.

Locus. Circa Amboinæ insulas crescit in mollibus silicibus ad profunditatem sex vel octo orgyrum, ac sæpe retibus & instrumentis piscatoriis adtrahitur, non enim rupibus adhæret. Frequens etiam est in aliis Indiæ locis, uti circa insulas, ante Bataviam & Jayam fitas, ac porro ad omnes Zephyreas insulas a Java usque ad Timoram, atque inde iterum in boreali ora ad Ceramam.

Ufus. Nostra natio sæpe tentavit hæc arbusculas, quum tam elegantem præbent adspæctum, ficcare & tanquam rem curiosam servare, sed semper decepta fuit, quum post paucos annos tenuis ista textura decidit, sed crassi rami aliquid satis rarum exhibent, quidam enim eorum tam eleganter ramosi sunt, ut pro cornu cervi haberentur, magnamque concavæ radicis tenent partem, quæ albicat, & frustum cranii refert, incolæ ruberrimos & solidissimos servant ramos in usum medicum, in pluvia prius, & ad solem rite maceratos.

Adhibetur cum aliis *Accarbariis* & rebus, quæ veneno resistunt, ut ano & cato expellatur. In usu quoque est contra mictum purulentum, putridos enim per urinam ejicit humores. Hunc in finem eligenda sunt vetustissima frusta, quæ solidissima, & minus verrucosa, ac leniter supra porphyritum conterenda, quum sunt quam fragilissima.

Quum-

Het vierde geslacht schynt meer een bastaart, dan een opregte soorte van Koraalgewas te zyn, en behoort misschien met beter reden onder de soorten van *Alcyonium* gerekent te werden. Dog wegens zyne gedaante en gemeen gebruik, heb ik 't onder de geslachten van *Accarbaar* gezet. Maar het is het alleroneedelyke, daarom ook billyk voor een bastaart Coraal te houden.

Het schiet op met een dikke stam, drie vingeren of een arm dik, dog het gemeenste is maar twee vingeren dik, die zig in twee of drie hoofdtakken verdeelt, vier en vyf voeten hoog, doorgaans bloedrood, steen-hard, dog ligt breekende, vol kleine gaatjes, alsof het van wormen doorvreeten was, daar by ruig, en vol scherpe aanwassen.

De tusschenplaatzen van de hoofdtakken zyn dicht uitgeveeven, met dunne en zeer brosse takjes, nets gewyze door malkander loopende, buiten geel, en vol wratjes, binnen rood, en zoo bros, dat men ze kwalijk aanraken kan zonder te breeken.

Het geheele boompje staat ook meest vlak als een wajer, of heeft ter zyden eenige lappen aangewassen. Zoo dit boompje aan al zyn deelen een vaste substantie hadde, bet zoude wegens zyn levende roode couleur onder de beste rariteiten te houden zyn, maar nu is het veragt, om dat de fyne takjes met 'er tyd al te gaar afvallen, nalatende de bloote ruige, en doornagtige hoofdtakken, waar van men nog de dikste bewaart tot eenig Medicyn.

Want al legt men 't in reegen en zon, dat het ter degen uitgeverst, en bartagtig werd, zoo begint het egter met de eerste regen Moesson weder vogtig te werden, waar door de fyne takjes rotten, en de omleggende dingen bederven, ook werden de dikke takken, zoo ze te lange in reegen leggen, met 'er tyd grauww en ongezien.

Men vindt nog een andere soorte hier van, op de Noordkust van Ceram, die geheel rood is, als bleeke Korallen, redelyk hard, massief, en schier zonder gaten, die men voor bleeke Korallen zoude aanzien, maar werden weinig gevonden, en duur gehouden. Men noemt het in 't byzonder *Accarbaar djinka*, dat is oranje-roode *Kalbabaar*, zynde veel zekerder binnens lyfs te gebruiken, dan het gemeene gegate of poreuze.

Daar is nog een derde verandering van *Accarbaar mera*, de voorige schier gelyk, behalven dat de hoofdtakken in den verdeelt zyn, van buiten met een rood-geele brosse en zandige schorffe bekleedt, van binnen zyn de leden aan malkander gezet, gelyk aan 't witte *Kalbabaar*, ook zoo gestreept, harder, en steeniger van substantie, dan het voorgaande, witagtig, en van binnen wat woos. Zyn stam is massiever, ook witagtig, met rood gemengt.

Naam. In 't Latyn *Accarbarium rubrum*, en *Pseudo-coralium rubrum fistulosum*; in 't Maleits *Accarbaar mera*, en *Carang mera*, in 't Amboins *Hatuëhu cau*.

Plaats. Het wast rondom de Amboinsche Eilanden, op weeke Kraalsteenen, in ses of agt vademmen diepte, werdende dikwils opgebaalt, met de dobbers en dreggen, want het bout niet vast aan de klippen. Men vindt het ook veel op andere plaatzen van Indiën, als omtrent de Eilanden, die voor Batavia en Java leggen, en voorts alle de Zuider Eilanden, van Java tot Timor toe, en van daar weder Noorder op naar Ceram.

Gebruik. Onze Natie hebben steeds gepoogt, deze boompjes, om dat ze fraai in 't ooge zyn, te droogen, en tot rareiteit te bewaren, maar zyn telkens daar mede bedroogen, vermits na weinige jaren al dat fyne afvalt, dog de dikke takken konnen nog tot een rareiteit verstreken. Want zommige der zelve zyn zoo raar getakt, dat men ze voor Herten-boorn zouden aanzien, hebbende nog een groot stuk van de bolle wortel, die witagtig is, en een gedeelte van het bekkeneels des hoofds verbeeld, de Inlanders bewaren de roodste, en massiefste takken tot de Medicyn, eerst in reegen, en zon ter degen uitgeverst.

Het werd gebruikt onder ander *Accarbaar*, en dingen die 't fenyn tegen staan, om 't zelve naar onderen uit te dryven, en van boven door braken. Men gebruikt het ook als iemand bloedig en etterig pijs, want het zet de vuile bumeuren af door den Uryn. Hier toe moet men verkiezen de oudste stukken, die meest massief, en weinige gaten hebben, ook zagties op steen wryven, om dat het zeer bryselig is.

Derwyl




Fig. 1.

Fig. 2.

Quumque vim peculiarem habet diureticam, quæ nullis competit Coralliis, hinc patet, immerito haberi pro Corallii specie, & ejus loco adhiberi, sed multo propius adcedit & quadrat cum *Alcyonii* natura.

Simile rubrum Corallium videtur describere Carol. Clusius libr. 6. Exotic. Cap. 12. sub nomine *Alcyonii primi peregrini*, crescit enim forma cornu Cervi cum Cranii forma ad radicem. Ejus substantia ex fusco rubra erat, saxeæ quidem, sed rugosa, irregularis, & foraminulis adeo referta, ut in quibusdam locis per ea quis posset lustrare. Saporem præbebat falsissimum, eodemque anno ex America modo adlatum erat.

Videtur, hujus spurii Corallii cuncta esse talia Corallia, quæ nautæ & adnotatores diariorum marinarum prædicant sese vidisse in quibusdam locis Oceani Indici, præsertim juxta Orientalem plagam Africae, immo in ipso lacu rubro. De quo Arabs quidam mercator *Athanasio Kircher* declaravit in *Mundo suo subterraneo* lib. 9. cap. 2. tit. 6. rubrum lacum tot referunt esse rubris Coralliis, ut pisces impediunt natæ, & piscatores retia prorahere nequeant. Quod sine dubio de vero Corallio rubro non intelligendum est, alioquin enim in India multo majorem ejus haberemus copiam, nec tam carum esset, quum omne ex Europa deferri oportet.

Sententiam meam adstruo per *Petrum Bellonium* libr. 2. Observ. 67, qui adcuratus fuit scrutator, & in itineribus suis juxta lacum rubrum ne unum profert verbum, sese invenisse rubrum genuinum Corallium in litore, sed ingentia quidem frusta Corallii spurii, Arabibus *Chaveyn* dicti, quod intus concavum erat, extus foraminibus refertum, & fistulosum, semi album & semi rubrum, atque ipsius maxima & elegantissima frusta ornamento suspendebantur januis ipsorum Mesgidien & Carawenferas, quod puto fuisse supra memoratum spurium Corallium, vel subsequens *Alcyonium rubrum*, quod fistulosum admodum est, & ut adivi, in rubro lacu etiam reperitur.

Contra Hæmoptoen, ex veneno ortam, sequens experimentum institutum est. Recipe Accarbarium album, & si ad manus sit, etiam cinereum, dimidiam dosin hujus Accarbarii rubri, item digitos Echinometræ digitatæ, item tela marina, Malaice Soa sapyro laut dicta, contere hæc subtilissime cum aqua supra porphyritum, ac propina ægro, atque etiam quotidiano potui aliquid Accarbarii cinerei vel albi contritum miscendum est.

Quidquid celeberrimus viator *Pedro della Valla* scribit de rubris Coralliis, quæ in lacu rubro inveniuntur, & de quibus dicit profundas specus & tecta formari, credo, nil aliud esse, quam *Accarbarium rubrum* supra descriptum, atque eum indicare velle, hisce arbutculis ornari antra, idque pellucidum esse, intelligo de istis foraminulis & fissuris.

Certus saltem ego sum, vera Corallia rubra, Malayensibus *Maradjaan* dicta, in Arabia, ac præsertim in Metropoli Mocha tam cara esse, ut auri pretio consent.

Tabula Octuagesima quinta

Ad Figuram primam *Accarbarium* exhibet rubrum.
Figura secunda *Alcyonium* sistit rubrum Indicum.

OBSERVATIO.

Accarbarium hoc rubrum, videtur esse Corallium, geniculatum, capillaceum, apice ramoso, roseum, Boerb. Ind. H. L. B. pag. 4. ubi dicit, hæc species veram referunt Hippuridis articulatae formam, Microscopio visibilem.

De hisce Accarbariis vide porro D. *Buttnerus* in *Coralliographia subterranea*, Lipsiæ anno 1714 impressa, ac quidem Caput ejus secundum de Coralliis marinis.

Derwyl het dan een afdryvende kragt heeft, die geene Koralen toekomt, zoo blykt, dat zy 't ten onregte voor een Koraal-soorte gebouden, en daar voor gebruikt werd, maar veel naarder met de natuur van *Alcyonium* overeen komt.

Diergelyke rood Koraalgewas schynt Carol. Cluf. lib. 6. Exotic. cap. 12. onder den naam van *Alcyonium primum peregrinum* te beschryven, want het wast in de form van een Hertenboorn, met een gedaante van de bekendeel aan de wortel. Zyn substantie was bruin-rood, wel steen hard, egter ruig, lomp, en zoo vol gaatjes, dat men op zommige plaatzen daar door koste zien, zeer ziltig, en in 't zelve jaar eerst uit America gebragt.

Het schynt dat mede van dit bastaart-Koraal zyn, alle zoodanige roode Koralen, die de Zeelieden en houders van Scheeps-journalen voorgeven, hier en daar in de Indiaansche Oceaen gezien te hebben, inzonderheid langs de Oostkust van Africa, en zelfs in 't roode Meir. Waar van zekere Arabische Koopman aan *Athanasius Kircherus* verklaart heeft in zyn *Mundus subterraneus*, lib. 9. cap. 2. tit. 6. het roode Meer zoo vol roode Koralen te zyn, dat de Vissen het doorzwemmen belet werden, en de Vissers bunne netten niet konnen trekken. Het welke buiten twyffel van geen regt Bloedkoraal te verstaan is, want anders zouden wy in Oostindiën veel grooter quantiteit daar van hebben, en het zelve zoo duur niet zyn als het nu is, vermits alles uit Europa moet gebragt werden.

Myn gevoelen bekrachtige ik met *Petrus Bellonius* Lib. 2. Observat. 67, die een naauwkeurig Onderzoeker is geweest, en in zyne reizen langs het roode Meer niet een woord schryft, dat by opregte roode Koralen aan strand gevonden heeft, maar wel zeer groote stukken van een Bastaart-koraal, by de Arabiers *Chaveyn* genaamt, 't welk van binnen bol was, buiten vol gaten en pypen, half wit, en half rood, werdende de grootste, en fraaisle stukken tot een pronk opgehangen aan de deuren van bunne Mesgidien, en Carawanferas, 't welk ik gis, of het bovenstaande Bastaart-koraal te zyn, of het volgende *Alcyonium rubrum*, 't welk vol pypen is, en mede zoo ik berigt werde in 't roode Meer valt.

Tegens het bloedspouwen, dat van fenyn of vergift komt, is het volgende geprobeert. Neemt wit Kalbabaar, en zoo men 't heeft ook het grauwe, half zoo veel van dit roode Accarbaar, item vingeren van *Echinometra digitata*, en Zeepylon, in 't Maleits Soa sapyro laut, wryft het samen zeer fyn met water op een steen, en geeft het den patient te drinken, en onder zyn dagelykze drank moet men ook altyt wat grauwe of wit Kalbabaar wryven.

Al wat den vermaarden Reiziger *Pedro della Valla* schryft van de roode Koraalboomtjes, die men in 't roode Meer zoude vinden, en waar van hy zegt diepe bolen en verwelzels gemaakt te werden, geloof ik dat het anders niet zy, dan het bovenstaande *Accarbarium rubrum*, om dat hy wilde zeggen, dat men met de boomtjes de grotten verciert, dat het mede doorschynend zoude zyn, versta ik van de boven genoemde gaatjes en scheurtjes.

Immers ik ben genoegzaam verzekerd, dat de regte Bloedkoraal by de Malayers *Maradjaan* genaamt, in Arabien, en inzonderheid in de Koopstad Mocha zoo duur zyn, dat men ze tegens goud opweegt.

De vyf en Tagtigste Plaat

Vertoont in de eerste Figuur het roode Accarbaar.
De tweede Figuur stelt neder het roode Indische *Alcyonium*.

AANMERKING.

Dit roode Accarbaar schynt te zyn het geleedde, hairige, roose-rode Koraal, met een getakte punt van Boerb. Ind. H. L. B. pag. 4. alwaar hy zegt, deze zoorten hebben de regte gedaante van de geleedde Hippuris, door het Vergrootglas te zien.

Over deze Accarbaars ziet verders de Heer *Buttners* onderaardsche Coralliographie, te Leipzig gedrukt anno 1714, en wel deszelfs tweede Hoofdstuk over de Zeekoralen.